



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 73. Delphino a Quesnelistis falso imputata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](#)

**Sæc. XVIII.** dubius hæsisset, an eas divulgaret, en  
**A. C. 1711.** quo autem Delphinus, accersitis in  
 consilium Viris doctis, pastoralem  
 „Episcoporum instructionem emenda-  
 „tione indigere censuisset, suas reflexio-  
 „nes fore utiles crediderit., Nimirum  
 palmare erat hoc mendacium, ut ab  
 Episcopis Lucionensi & Rupellensi di-  
 simulari potuisset, mox ergo ipsum ad-  
 cessere Delphinum, qui fallaciæ ad-  
 monitus ad Episcopos rescripsit: mirum  
 se vehementer, atque indignari, quod ipsius  
 personæ tam aliena suis moribus affingeret-  
 tur; ab eo se plurimum abesse, ut vel  
 de Episcoporum doctrina ferre judicium  
 posse nos ac debere totum illud commentum  
 mendacii, ac calumniae palam arguere,  
 nihilque caussæ esse, quod dubitemus, ipsius  
 in testem appellare, ut qui neget, quidquid  
 sibi tale in mentem venisse, ab autore prolatione  
 graviterque falsis his rumoribus offendatur.

### §. LXXIII.

*Delphino a Quesnelis falso im-  
 putata.*

Postquam vero præfati Episcopi dictas  
 reflexiones solide confutaverant,  
 earumque Authorem tredecim mendaciorum  
 convictum repulerant, Quesnelis  
 fraudibus feraces, cum veritatem  
 argumentis expugnare non possent,

ipi

ipſi Delphino fama mendaci falſoque Sæc. XVII.  
rumore maculas infpergere decreve- A.C. 1711.  
runt: Igitur per fuos emissarios Ro-  
mæ diſseminabant, Delphinum a Rege  
Judicem de hac controverſia conſtitu-  
tum fanxiſſe. I. „Ut Episcopi Lucio-  
„nensis, Rupellensis & Vapicensis fuas  
„inſtructiones emendarent, atque e-  
„mendatas mitterent ad Cardinalem  
„Noallium, quodque ipſe ſtatuiſſet,  
„omnino ratum haberent. II. Ut Epi-  
„ſcopi Lucionensis, & Rupellensis fa-  
„tiſfacerent eminentiſſimo Cardinali  
„pro iis, quas ad Regem de ipſo de-  
„derant, literis. III. Ut Cardinalis  
„decretuſ adverſus epifcoporum man-  
„data integrum permaneret, ac fir-  
„mum. IV. Pariter ut nihil novi fie-  
„ret circa novum Patris Quesnelli te-  
„ſtamentum; ſua illi libro approbatio  
„conſtaret, ac libera perfeveraret eum  
„divendendi poteftas. Sereniffimum  
„Delphinum utriusque Episcopi ratio-  
„nem agendi vehementer improbaffe,  
„atque adeo prohibuiffe, ne Lucionen-  
„sis, qui debebat ad generalem cleri  
„cætum delegari, feligeretur. illuſt-  
„rissimum Burdigalenſem Archiepisco-  
„pum, ceterosque omnes, qui erant  
„a Rege delecti, ut unacum Delphino  
„de Præſulum controverſia cognosce-  
„rent, totos Cardinali devotos eſſe,

U 3

„ac



Sæc. XVIII. „ac deditos. Serenissimum Delphinum  
A. C. 1711. „patronum se palam Jansenianorum,  
„ac vindicem fuisse professum, para-  
„tum esse ipsorum tueri partes, idque  
„aperte ex eo judicio intelligi, quod  
„nuper adversus Episcopos illos pro-  
„nuntiasset. Nihil esse, quod ab eo  
„Principe janseniani homines expectare  
„non possent, cujus nempe doctrina  
„foret singularis, quique totus esset in  
„Patrum scriptis, atque in primis Au-  
„gustini, quem ad plenum tenebat, e-  
„volvedis. Aliquot post hebdomadas  
„quam Pater Le Tellier scriptum quo-  
„dam adversus Patrem Quesnellum  
„Serenissimo Delphino dedisset, alte-  
„rum P. P. Benedictinos eidem Principi  
„obtulisse, quo primum illud inanibus  
„commentis refertum esse demonstra-  
„bant, & ea, quæ quasi ex Augustino  
„deprompta memorabantur, corrupti-  
„fuisse: Ejus rei Patrem ipsum Le Tel-  
„lier fuisse a Serenissimo Delphino con-  
„victum, atque adeo vehementer ob-  
„jurgatum, addita Jansenianorum, eo-  
„rumque doctrinæ laudatione gravil-  
„sima &c.

§. LXXIV.